Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Gefördert durch
Deutsche
Forschungsgemeinschaft

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

'DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."

Rector & Professores P. Illustris Scholæ Bremensis Lectori S.

Rhode, Maria Theodora

[Bremen], 1746-10-19

VD18 91018404

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Signatur: brem.a.0619-66

urn:nbn:de:gbv:46:1-181224

Visual Library

RECTOR & PROFESSORES P.
ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS
LECTORI S.

Dum lues infeſtæ ſerpunt, dum contagio contacto decumbunt in civitate aut regione incolæ, & epidemii morbi, cum maxime qui ſtatuto tempore & poſt periodum annorum [illegible] in circulum redire aut acriores reddi ſolent, recurrunt, dum familiæ in luctum conjiciuntur, dum pullatum famulitium & præficæ per plateas diſcurrentes [illegible] quotidie annunciant, dum viduantur thori & parentes prole orbantur, tunc miſeriarum hujus vitæ, certe ſi unquam, conſpicitur flebile theatrum, illarumque [illegible] multos graviter urget. Ignari ad hæc ſtupent; Philoſophi morborum naturam, affectiones & cauſas rimantes, deprehendunt quidem, quo cogitatio defixa [illegible], neutiquam tamen, quo attonita mens atque perplexis variis difficultatibus irretita, lucem quam quærunt inveniat: Chriſtianus ſolus, lumine fidei colluſtratus [illegible] revelationis à Numine benigno accenſo, in viam ducitur, in qua ſyrtes & ſcopulos devitat, quorſum illum cum affectuum impetu cæteroquin abripuiſſent obſcur[illegible] & finium nexus. Novit ille inſpicere, cum æquitate Dei in caſtigatione generis humani per morborum ærumnas, beneficium, quod piis atque per merita [illegible] redemtis ejusque ſanguine ablutis à peccatorum ſordibus accedit, quorum ad beatam æternitatem tranſitus acceleratur, quocunque demum morbo, an multos, an ipſos ſolum inf[illegible], exitum ex vita ſortiantur. Novit porro perutiles, in ipſis morbis, tum morientibus tum ſuperſtitibus atque ſtrages iſtas adſpectantibus, ſuggeri exhortationes ad contemplationem [illegible] ſalutarium, quarum oblivio, ſed perquam noxia, hominum mentes tam facile capit, memoriæ autem refricatio, inſigni beat commodo atque ad virtutes incitamento. Mortis & morbo[illegible]ambulonum ejus cauſa, peccatum eſt, utriusque vero ſeria meditatio, reſipiſcentiæ magiſtra. Nullus eſt morbus, qualiſcunque demum ſit, qui non de corruptione hominis monet, [illegible] animum obſideri à natura vitiis, qui multis modis reſpondent infirmitatibus quibus affliguntur corpora. Morbos ſpecta ex partium ſolidarum aut fluidarum vitio exorientes, porro [illegible], ex conſtitutione atque diæta, aut ex contagio, quia pleroſque quos artis medicæ periti diſtinguunt, ſpecialium morborum animi in ſacris pandectis ſunt ſymbola, quorum [illegible] manuducunt, ut & in recenter exortis, priſcisque vel penitus vel ut plurimum ignotis, contemplemur imaginem peccati, omnis moleſtiæ omnisque querelæ cauſæ, utque dum illi regn[illegible] iis affecti aut excruciati à nobis conſpiciuntur, ad ſeria de quibus erudimur animum applicemus. Variolæ, ſpecies morbi antiquis ignorata, & recentiori ævo demum has regiones [illegible], infantibus æque ac adultis infeſta, plaga quam pauciſſimi effugiunt, per totam ſanguinis maſſam exæſtuans, univerſam occupans cutem, deformansque quos corripit, ut aſpectus hom[illegible], memoriam iſtam excitat, ſi quæquam alia, ut vates, ſi ejus ævo graſſata fuiſſet, inde exemplum mutuaſſe judicandum eſſet, in peccati tam vivida deſcriptione (Eſ. I. 6.) *à pedis veſtigi[illegible] caput nihil in eo eſt ſanum; vulnera, vomicæ, ulceraque purulenta, non malagmate curata, non obligata, non unguine mitigata.* Indolemus dolori infantum, iſtas moleſtias perſentiſcentium, quas olim ſenſimus ipſi, ſicque in nobis renovatur recordatio, noſtræ deformitatis in oculis ſanctiſſimi Dei, quam peccatum induxit. Movet nos, quod adultis atque piis, cum malis atque [illegible] ille morbus communis ſit, inprimis quando qui longiori vita digni videbantur, illo confecti, dimidiatis diebus vita excedunt. Nec Lazarum nec Jobum pietas præſervavit ab ulceribus. [illegible] CYPRIANUS (*in libro de mortalitate pag. 159. edit. Bremenſis*) *Quid enim nobis in hoc mundo non commune cum ceteris, quamdiu adhuc ſecundum Legem primæ nativitatis manet caro [illegible]? Quoadusque in mundo ſumus cum genere humano carnis æqualitate jungimur, ſpiritu ſeparamur. Quæcunque ſunt carnis incommoda, ſunt nobis cum genere humano communia.* Movet[illegible] ſtrum, Nobiliſſimæ & omnis ſexus ſui decoribus conſpicuæ, nudius ſextus iſto morbo, tot familias in luctum acerbum conjiciente, extinctæ Matronæ MARIÆ THEODORÆ RHODE, natæ OTTO. Vivendi fecit initium Duisburgi ad Rhenum A. MDCCXVIII. d. 25. Martii, orta ex gentibus celeberrimis, Parente Viro Excellentiſſimo, Prænobiliſſimo atque Ampliſſimo EVERARDO OTTO, Juris Conſulto, per univerſum orbem litteratum atque cultiorem Europam famigeratiſſimo, in Academia primum Duisburgenſi, poſtea in Ultrajectina per annos [illegible] Juris Publici & Privati Anteceſſore, nunc autem ultra ſeptem annos urbis patriæ Syndico Primario atque Cancellariæ Directore optime indies merente, quem Deus boni publici cauſa, [illegible] hactenus quam feliciſſime profuit, conſervet, & nunc verſantem Civitatis nomine in legatione ad Potentiſſimum Daniæ atque Norwegiæ Monarcham, affligendumque nuncio triſtiſſimo [illegible] unicæ atque ipſi ex merito cariſſimæ, ſancti flaminis ſolatio erigat! Matre Matrona Ornatiſſima MARIA ELISABETHA CRUSEN. Paterno in ſtemmate Avum numeravit Virum [illegible] CHRISTIANUM OTTO, Mercatorem quondam Hammonenſem florentiſſimum, Aviam MARIAM SOPHIAM von SCHMACHTENBERG; In materno porro, Avum Virum [illegible] atque Celeberrimum WILHELMUM CRUSIUM, Jurium in Academia Duisburgenſi Profeſſorem Primarium inclytum, Aviam SOPHIAM NIES, natam Domini N. NIES, [illegible] Bockumenſis, & AGNETÆ DEUSING, quæ filia fuit Viri Experientiſſimi atque Celeberrimi ANTONII DEUSINGII, Medicinæ Doctoris atque Profeſſoris Groningani. Fari quidem inc[illegible] ab ipſis unguiculis experta, dum matrem pientiſſimam non diu poſtquam illam pepererat, amiſit, ſuffecit tamen benigniſſimum Numen, Excellentiſſimo ejus Parente ad ſecunda vota [illegible], cum Matrona præclari exempli BARDINA GERTRUDE KELLER, Viri Prænobiliſſimi & Ampliſſimi JOHANNIS HENRICI KELLER, S. R. M. Boruſſicæ Conſiliarii atque [illegible] in Scharrobeck & Krudenburg, & CHRISTINÆ LOOSEN filia, atque Domini THOMÆ WIENTGENS iſto tempore vidua, in illa, alteram matrem, quæ quicquid à materno [illegible] affectu, pietate atque cura deſiderari poteſt, ad ipſam ſollicite atque ad omnem pietatem & virginale decus educandam, ipſi impendit, quæque nunc ex inopinato optimæ & dilectiſſimæ [illegible] caſu, quo curarum ejus ſpes in hac vita ſucciſa eſt, acerbum cum aliis cognatis & affinibus ſpectatiſſimæ gentis, mœrorem ſentit. Quum nihil omitteretur eorum, quæ facere poterant a[illegible] animum indolemque probam & erectam puellulæ, accedente inprimis ſtudio Parentis, Viri rerum uſu experiſſimi, profecto feliciſſime, ſicque ut chori virginei exemplum, ad [illegible] ſuos pertraxit Virum Prænobiliſſimum, Conſultiſſimum atque Ampliſſimum HENRICUM RHODE, J. U. D. atque Senatui Splendidiſſimo adſcriptum, viduum nunc lugentem [illegible] experta ceſſit, celebrans fauſto omine hymenæis A. MDCCXLIV. d. 28. Januarii. Matrimonium quamlibet improle manſerit, exoptatiſſima tamen animorum unione & laudabili ma[illegible] concordiæ nexu beatum fuit. Neque etiam aliud expectari potuit, à conjugibus ad omnem virtutem formatis, inprimis à B. defuncta, cujus animus ſapientiæ atque religionis doctr[illegible], amore Dei & Chriſti tactus, ejus verbum deperiebat ejusque cultui publico intererat aſſiduo, ad privatum autem lectione bonorum librorum & pia meditatione ſe quotidie applica[illegible] illa moerum licet non eſſet ignara neque ejus negligens, ſe tamen ſervabat à vanitatibus ſeculi, vitiis & illecebris mundi intaminatam, ſervando & teſtando Deo reverentiam, marito fide[illegible] proximo charitatem, parentibus & propinquis tenerum amorem, omnibus ſinceritatem & ingenuitatem. Valetudine licet ſatis integra uteretur, ſpemque longioris vitæ faceret, omnibus [illegible] triſte ſui deſiderium relinquit, evenit ut ex contagio variolarum, tam late nunc ſerpenti, ante octiduum infirmaretur, prodente illud febri per 24. horas durante, & quanquam ab initio p[illegible] nullum id minari videbatur, adhibita omni humana cura exquiſitiſſimisque quæ damnum depellere poſſint remediis, puſulis primo prorumpentibus ſingulariter, morboque cum ſymp[illegible] tolerabili & conſueris, mox tamen nova & vehementi accedente eruptione, febreque dein die 18. lebentis duplicata, vires ſic fuerunt proſtratæ, ſpiritusque exhauſti, ut quamlibet paulo ante [illegible] reſpirans, precibusque admiranda devotione fuſis, animam creatori & redemtori commendaret, placide obdormiens & exſpirans, illam ipſi redderet, noctu circa horam ſecundam [illegible] ætatis XXVIII, menſ. VII. d. VI. Inanime corpus inferetur tumulo in æde Mariana hodie ſub horam I. Vixit breviter, parumque ſuis, ſed tamen vixit diu ſibi & Deo, deliciis [illegible]munione optimi Soſpitatoris fruitura, quem amavit, *qui & ipſam amavit, ſeque pro ea dedidit, quo eam ſanctam redderet; aqua lotione purgatam, divinis verbis, ut eam ſibi præſtaret gloriosam, nulla ruga aut macula, aut ulla tali re præditam, ſed quæ ſancta inculpataque foret.* His Tuam mentem paſce ô Lector, qui tetricam in morbis peccati intueris imaginem, ſed in [illegible]miſſis, beneficia, quibus ſi fuerimus donati, nulla nobis nocebit labes. Vale Poſ. d. 24. Octobris A. R. S. MDCCXLVI.

RECTOR & PROFE

ILLUSTRIS SCHOLÆ BR

LECTORI S.

Dum lues infeſtæ ſerpunt, dum contagio cont
morbi, cum maxime qui ſtatuto tempore & poſt periodum annorum
tur, dum pullatum famulitium & præficæ per plateas diſcurrentes
hujus vitæ, certe ſi unquam, conſpicitur flebile theatrum, illarumque
& cauſas rimantes, deprehendunt quidem, quo cogitatio defixa di
quam quærunt inveniat; Chriſtianus ſolus, lumine fidei colluſtratus
quorſum illum cum affectuum impetu cæteroquin abripuiſſent obſcuri
per morborum ærumnas, beneficium, quod piis atque per merita
æternitatem tranſitus acceleratur, quocunque demum morbo, an multos, an ipſos ſolum
ſuperſtitibus atque ſtrages iſtas adſpectantibus, ſuggeri exhortationes ad contemplationem
moriæ autem refricatio, inſigni beat commodo atque ad virtutes incitamento. Mortis & morbo
giſtra. Nullus eſt morbus, qualiscunque demum ſit, qui non de corruptione hominis moneat,
guntur corpora. Morbos ſpecta ex partium ſolidarum aut fluidarum vitio exorientes, porro
periti diſtinguunt, ſpecialium morborum animi in ſacris pandectis ſunt ſymbola, quorum dicta
templemur imaginem peccati, omnis moleſtiæ omnisque quærelæ cauſæ, utque dum illi regn
plicemus. Variolæ, ſpecies morbi antiquis ignorata, & recentiori ævo demum has regiones
maſſam exæſtuans, univerſam occupans cutem, deformansque quos corripit, ut aſpectus horr
exemplum mutuaſſe judicandum eſſet, in peccati tam vivida deſcriptione (Eſ. I. 6.) *à pedis veſt*
non obligata, non unguine mitigata. Indolemus dolori infantum, iſtas moleſtias perſentiſcentium
ctiſſimi Dei, quam peccatum induxit. Movet nos, quod adultis atque piis, cum malis atque
fecti, dimidiatis diebus vita excedunt. Nec Lazarum nec Jobum pietas præſervavit ab ulceri
mundo non commune cum ceteris, quamdiu adhuc ſecundum Legem primæ nativitatis manet car
ſeparamur. Quæcunque ſunt carnis incommoda, ſunt nobis cum genere humano communia. Move
tot familias in luctum acerbum conjiciente, extinctæ Matronæ MARIÆ THEODORÆ RHO
orta ex gentibus celeberrimis, Parente Viro Excellentiſſimo, Prænobiliſſimo atque Ampliſſim
pam famigeratiſſimo, in Academia primum Duisburgenſi, poſtea in Ultrajectina per annos
Primario atque Cancellariæ Directore optime indies merente, quem Deus boni publici cauſa,
ad Potentiſſimum Daniæ atque Norwegiæ Monarcham, affligendumque nuntio triſtiſſimo ob
tiſſima MARIA ELISABETHA CRUSEN. Paterno in ſtemmate Avum numeravit Virum
Aviam MARIAM SOPHIAM von SCHMACHTENBERG; In materno porro, Avum Virum
burgenſi Profeſſorem Primarium inclytum, Aviam SOPHIAM NIES, natam Domini N. NIES,
ANTONII DEUSINGII, Medicinæ Doctoris atque Profeſſoris Groningani. Fati quidem in
rat, amiſit, ſuffecit tamen benigniſſimum Numen, Excellentiſſimo ejus Parente ad ſecunda vot
liſſimi & Ampliſſimi JOHANNIS HENRICI KELLER, S. R. M. Boruſſicæ Conſiliarii atque
MÆ WIENTGENS iſto tempore vidua, in illa, alteram matrem, quæ quicquid à materno
virginale decus educandam, ipſi impendit, quæque nunc ex inopinato optimæ & dilectiſſimæ
ſpectatiſſimæ gentis, mœrorem ſentit. Quum nihil omitteretur eorum, quæ facere poterant
rentis, Viri rerum uſu expertiſſimi, profecit feliciſſime, ſicque ut chori virginei exemplum,
CUM RHODE, J. U. D. atque Senatui Splendidiſſimo adſcriptum, viduum nunc lugentem
trimonium quamlibet improle manſerit, exoptatiſſima tamen animorum unione & laudabili
omnem virtutem formatis, inprimis à B. defuncta, cujus animus ſapientiæ atque religionis do
aſſiduo, ad privatum autem lectione bonorum librorum & pia meditatione ſe quotidie applica
ſeculi, vitiis & illecebris mundi intaminatam, ſervando & teſtando Deo reverentiam, marito fi
genuitatem. Valetudine licet ſatis integra uteretur, ſpemque longioris vitæ faceret, omnibus
ante octiduum infirmaretur, proderte illud febri per 24. horas durante, & quanquam ab initio
depellere poſſunt remediis, pupulis primo prorumpentibus ſingulariter, morboque cum ſym
die 18. labentis duplicata, vires ſic fuerunt proſtratæ, ſpiritusque exhauſti, ut quamlibet paulo ant
mendaret, placide obdormiens & exſpirans, illam ipſi redderet, noctu circa horam ſecundam
hodie ſub horam I. Vixit breviter, parumque ſuis, ſed tamen vixit diu ſibi & Deo, delitiis
dedidit, quo eam ſanctam redderet; aquæ lotione purgatam, divinis verbis, ut eam ſibi præſt
His Tuam mentem paſce ô Lector, qui tetricam in morbis peccati intueris imaginem, ſed in
bris A. R. S. MDCCXLVI.

ROFESSORES P.
LÆ BREMENSIS
DRI S.

:o decumbunt in civitate aut regione incolæ, & epidemii
i in circulum redire aut acriores reddi ſolent, recurrunt, dum familiæ in luctum conjiciun-
nera quotidie annuntiant, dum viduantur thori & parentes prole orbantur, tunc miſeriarum
s multos graviter urget. Ignari ad hæc ſtupent; Philoſophi morborum naturam, affectiones
r, neutiquam tamen, quo attonita mens atque perplexis variis difficultatibus irretita, lucem
ro revelationis à Numine benigno accenſo, in viam ducitur, in qua ſyrtes & ſcopulos devitat,
arum & finium nexus. Novit ille inſpicere, cum æquitate Dei in caſtigatione generis humani
tatoris redemtis ejusque ſanguine ablutis à peccatorum ſordibus accedit, quorum ad beatam
, exitum ex vita ſortiantur. Novit porro perutiles, in ipſis morbis, tum morientibus tum
m ſalutarium, quarum oblivio, ſed perquam noxia, hominum mentes tam facile capit, me-
anteambulonum ejus cauſa, peccatum eſt, utriusque vero ſeria meditatio, reſipiſcentiæ ma-
eatque animum obſideri à natura vitiis, qui multis modis reſpondent infirmitatibus quibus affli-
oſternentes, ex conſtitutione atque diæta, aut ex contagio, quin plerosque quos artis medicæ
eo manuducunt, ut & in recenter exortis, priſcisque vel penitus vel ut plurimum ignotis, con-
tque illis affecti aut excruciati à nobis conſpiciuntur, ad ſeria de quibus erudimur animum ap-
is, infantibus æque ac adultis infeſta, plaga quam pauciſſimi effugiunt, per totam ſanguinis
incutiat, memoriam iſtam excitat, ſi quæquam alia, ut vates, ſi ejus ævo graſſata fuiſſet, inde
d caput nihil in eo eſt ſanum; vulnera, vomicæ, ulceraque purulenta, non malagmate curata,
uas olim ſenſimus ipſi, ſicque in nobis renovatur recordatio, noſtræ deformitatis in oculis ſan-
ibus iſte morbus communis ſit, inprimis quando qui longiori vita digni videbantur, illo con-
Bene CYPRIANUS (*in libro de mortalitate pag. 159. edit. Bremenſis*) *Quid enim nobis in hoc
ommunis? Quoadusque in mundo ſumus cum genere humano carnis æqualitate jungimur, ſpiritu*
nes fatum, Nobiliſſimæ & omnis ſexus ſui decoribus conſpicuæ, nudius ſextus iſto morbo,
, natæ OTTO. Vivendi fecit initium Duisburgi ad Rhenum A. MDCCXVIII. d. 25. Martii,
VERARDO OTTO, Juris Conſulto, per univerſum orbem litteratum atque cultiorem Euro-
nti Juris Publici & Privati Anteceſſore, nunc autem ultra ſeptem annos urbis patriæ Syndico
hactenus quam feliciſſime profuit, conſervet, & nunc verſantem Civitatis nomine in legatione
æ unicæ atque ipſi ex merito cariſſimæ, ſancti flaminis ſolatio erigat! Matre Matrona Orna-
liſſimum CHRISTIANUM OTTO, Mercatorem quondam Hammonenſem florentiſſimum,
cellentiſſimum atque Celeberrimum WILHELMUM CRUSIUM, Jurium in Academia Duis-
is Bockumenſis, & AGNETÆ DEUSING, quæ filia fuit Viri Experientiſſimi atque Celeberrimi
ntiam ab ipſis unguiculis experta, dum matrem pientiſſimam non diu poſtquam illam pepere-
eunte, cum Matrona præclari exempli BARDINA GERTRUDE KELLER, Viri Prænobi-
icis in Scharmbeck & Krudenburg, & CHRISTINÆ LOOSEN filia, atque Domini THO-
, affectu, pietate atque cura deſiderari poteſt, ad ipſam ſollicite atque ad omnem pietatem &
gnæ caſu, quo curarum ejus ſpes in hac vita ſucciſa eſt, acerbum cum aliis cognatis & affinibus
poliendum animum indolemque probam & erectam puellulæ, accedente inprimis ſtudio Pa-
iores ſuos pertraxit Virum Prænobiliſſimum, Conſultiſſimum atque Amp'iſſimum HENRI-
votis expetita ceſſit, celebratis fauſto omine hymenæis A. MDCCXLIV. d. 28. Januarii. Ma-
e mutuæ concordiæ nexu beatum fuit. Neque etiam aliud expectari potuit, à conjugibus ad
imbutus, amore Dei & Chriſti tactus, ejus verbum deperiebat ejusque cultui publico intererat
egantiæ illa |morum licet non eſſet ignara neque ejus negligens, ſe tamen ſervabat à vanitatibus
proximo charitatem, parentibus & propinquis tenerum amorem, omnibus ſinceritatem & in-
us triſte ſui deſiderium relinquit, evenit ut ex contagio variolarum, tam late nunc ſerpenti,
ulum nullum id minari videbatur, adhibita omni humana cura exquiſitiſſimisque quæ damnum
ibus tolerabili & conſuetis, mox tamen nova & vehementi accedente eruptione, febreque dein
ortem reſpirans, precibusque admiranda devotione fuſis, animam creatori & redemtori com-
19. ætatis XXVIII. menſ. VII. d. VI. Inanime corpus inferetur tumulo in æde Mariana
ommunione optimi Soſpitatoris fruitura, quem amavit, *qui & ipſam amavit, ſeque pro ea
glorioſam, nulla ruga aut macula, aut ulla tali re præditam, ſed quæ ſancta inculpataque foret.*
romiſſis, beneficia, quibus ſi fuerimus donati, nulla nobis nocebit labes. Vale Poſ. d. 24. Octo-